

1 Illustris et R^{me} Domine uti frater
 Literas et propositiones R^{mae} D. T. accepi Capuae, ubi Dei
 voluntate archiepiscopum ago. Ea causa est, cur non potuerim libel-
 lum propositionum Summo Pontifici offerre. Sed non deerunt, qui hoc
 5 facient. Propositiones mihi non potuerunt non verissimae videri,
 cum idem ego quoque ante moltos annos scripserim. Opportune autem
 eo potissimum tempore Romam delatae sunt, quo passim omnes adver-
 sus Jesuitas clamitant. Deplorandum est certe duorum insignium or-
 dinum tam amara disceptatio. Multum omnino partem veriorem iuva-
 10 ret, si intelligeretur, ab antiquissima et nobilissima Academia P
 Parisiensi notari haereseos calvinianaे fautores physicae praede-
 terminationis. Nam cum inter censores Molinae, qui cum Dominicanis
 adversus Iesuitas pugnant, duo sint Sorbonici Doctores, facile ip-
 si persuadent quibus volunt, Sorbonicam scholam a sua sententia
 15 non discrepare. Ago gratias pro munusculo, et vicissim, si quid
 in hac provincia possum, R^{mae} D. T. defero. Dominus Deus noster A
 Amplitudinem tuam pro Ecclesia laborantem diu servet incolumem. D
 Datum Capuae, die 12 Septembris 1602.

[F. B. 5, f.40. Minute autogr. Au verso l'adresse de la lettre
 20 de l'évêque au cardinal avec la date: 1602 Calend.Julii.]

Ant. Rose, ep. Sylvanect